


1530 die 18. Febris.

Joannes de Lasco
Archiepiscopo Gnesnensi

12
Reverendissime in Christo Pater
et Domine major honorandissime. Red:
dita sunt mihi Paternitatis vestrae
Reverendissimae literae, ex quibus quod
intellexi, probari illi Majestatis regia
et meam sententiam de proroganda
et suspendenda adhuc ex certis, legiti:
misque rationibus Dominus Maske
profectione gratissimo accepi nuncio.
Namque omnia, quae Paternitati Ve:
stra Reverendissima sententia officium
meum, ita ad illam accommodare cura:
bo, ut nihil in illo relinquatur, quod
a Paternitate vestra Reverendissima
desiderari debeat, verum accepit recens
ad alia magni momenti ratio, quae Dubi:
um et ancipitem facit Majestatis re:
gia animum, mittendus necne sit in Ur:
bem hoc tempore orator. Scripsit enim
Sanctissimus Dominus noster suae maje:
stati diligenter solite, ut ad consu:
tendum de expeditione contra com:
munem Christiani nominis hostem
ad se Oratorem cum pleno mandato mit:
tere dignetur, in qua re si Sanctitati suae
obsequij debevet veretur, ne quid contra

scelus



Scelus egypse a Turco accusari posuit,
tantoque id gravius factu censest ma:
jestas sua, qui hanc expeditionem va:
nam, ut alias fore suscipiatur. Revocat
eum sibi in Animum casum nepotis sui
felius recordationis Serenissimi Domi:
ni Ludovici Hungarice et Bohemice
regis in quem ista sola spe et mora
expeditionis coniectum precipitatumque
esse intelligit. Quia tamen ego puto
hanc Deliberationem Majestatis ^{ad} cum
Paternitate Vestra, et alijs Dominis
consiliarijs regni communem futuram,
Nolo quidpiam ante tempus de hac
rationationi, quando tamen erit tem:
pus id suadere, et consulere curabo
quod magis ex honore Majestatis
sue, et totius Reipublice com:
modo futurum existimavero. Interea
me amoris, et benevolentie Pater:
nitatis vestre Reverendissime com:
mendo, quam salvam, sanam, et
incolumem esse vehementer Desidero.
Datum Cracoviae Die Decima octava
Septembris Anno Domini 1530. 2

